

619.

DISSE^rTAT^O INAUGURALIS JURIDICA
EXHIBENS

1795, 1.
9

TRANSACTIONIS NOTIONEM
EAMQUE INEUNDI MODOS

EX
JURIS ROMANI PRINCIPIIS

QUAM

CONSENTIENTE ILLUSTRI JCTORUM ORDINE

PRAESIDE

CHRISTIANO GMELIN

PHIL. ET U. J. D. AC JUR. PROF. PUBL. ORD.

SERENISSIMI DUCIS CONSILIARIO, NEC NON SER. MARGGRAV.

BRANDENB. AB AULÆ CONSIL.

PRO RITE OBTINENDIS SUMMIS IN JURE HONORIBUS

EXAMINI PUBLICO SUBJICIT

AUCTOR

MATTHÆUS DE LUTZENBERGER

LAUINGANUS.

TUBINGÆ
D. OCT. MDCCCLXXXV.
LITTERIS FUESIANIS.

Dissertatio de Transactiōnē
notiori
TRANSACTIONS NOTIORI
FAMOSI HISTORI MODO

CONVENTIONE UNIVERSITATIS IESIORUM OCTOBRIS
PRÆSIDER
CHRISTIANO GEMELLI

MAGISTER CULTVNBERGER
PARVAVNUM

1610
O. M. MDCCXCVII
TYPIS ET SVB CVM
S. J. V. T. P. S.

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

FRIDERICO CAROLO

S. R. I. COMITI de THÜRHEIM,

CONSILIARIO IMPERIALI AULICO ACTUALI, AUGUSTISSIMI
IMPERATORIS ATQUE SERENISSIMI ELECTORIS BAVARICI
CUBICULARIO, DOMINO IN FISCHBACH, HOF ET STOCKENFELD,
PRÄTEREA IN DORNACH, WEINBERG ET WARTENBERG

&c. &c.

DOMINO SUO PERQUAM GRATIOSO

REVERENDISSIMO

PERILLUSTRI ATQUE AMPLISSIMO

DOMINO

FRANCISCO XAVERIO

ANTIQUISSIMI S. R. I. EXEMTI AC IMMEDIATI
COLLEGII KAISERSHEIMENSIS
ORDINIS CISTERCIENSIS ATQUE ABBATIÆ PIELNHOFEN
P R Ä L A T O

S. C. M. CONSILIARIO ET CAPELLANO HEREDITARIO
SPLENDIDISSIMI ORDINIS PALATINO BAVARICI S. ELISABETHÆ
ELEEMOSYNARIO SUMMO

VICARIO GENERALI SANCTISSIMI ORDINIS CISTERCIENSIS
PER SUEVIAM ATQUE VICINAS PROVINCIAS

DOMINO SUO PERQUAM GRATIOSO

DENIQUE

VENERABILI ATQUE SPECTATISSIMO CONVENTUI

S. R. I. EXEMTI AC IMMEDIATI

COLLEGII KAISERSHEIMENSIS

HAS PRIMITIAS STUDIORUM ACADEMICORUM

SUBMISSE ATQUE OBSEQUIOSE

DOMINO SVO PERGRANU GRATIOSO

REARERENDISIMO

PRIORI USTRI ALOPÆ ALBERTINO

DOMINO

TRANSGORO XAVERIO

DAT, DICAT, DEDICAT

REARERENDISIMO

SCHENKUNSSINI ORDINIS SELVANTINUS CATHOLICO HENRICUS

TRIBUNOSANARIO SEMINARIO

ADIEZIO PREDICANTIS SELVANTINUS CATHOLICO

AUCTOR.

DOMINO SVO PERGRANU GRATIOSO

... obiecto obtemperio. Sicut ergo Quidam
habet certe invenit invenit. Tertius enim est habens certiori
mox certe invenit certiorum et ipsi certiorum et binorum
certiorum et certiorum et idem modo invenit. Nam
superiorum certiorum certior non invenit et invenit. T
ertius non certiorum certior non invenit et invenit. Et
deus certiorum certior non invenit et invenit.

Omnis notum erit, transactionis materiam non solum
esse praestantissimam, sed & frequentissimam atque utilissimam.
Quotidie exoriuntur de re dubia lites. Quid melius amica-
bili compositione? quid optabilius? Malo retinere partem,
quam perdere totum: ne dicam de eo, quod in lites de-
scendere, sit periculosisimum; ne dicam de cæteris, quæ li-
tibus vinculo quodam adhærere solent indissolubili, molestiis,
atque difficultatibus innumeris, sumtibus enormous, aliis
que incommodis quam pluribus, atque quam maximis.

Hoc eum mihi fuerit perspectum, quis adhuc dubitet;
quin non materiam hanc omni, quo potui, desiderio ample-
xus fuerim atque amore? Me quidem non fallit, celeberrimi-
mos æque ac eruditissimos Interpretes & Jctos pragmaticos
hoc argumentum pertractasse, maximoque ingenui acumine

A

illud illustrasse. Quid refert? solummodo tentabo (& quis propterea audaciæ me incusaret?) quantum ingenu vires ad illustrandas præcipuas hujus doctrinæ partes conferre valeant. Videtur enim mihi

I. Transactionis notionem non adeo distincte plerumque esse repræsentatam, ut fines illius nunquam non regi, eaque ab aliis negotiis semper & accurate discerni possit. Deinde

II. quod a plurimis pæne neglectum animadverto, haud superfluum fore existimavi, quin de modis transactionem ineundi aliquid fusius differam.

I.

Verbum transfigere, a trans- & agere compositum esse, idemque sibi velle, ac confidere negotium, finire, terminare, expedire, ita in aprico positum putavi, ut nullus unquam de eo amplius dubitaverit. Missa igitur etymologica hujus vocis derivatione, statim ad transactionis notionem transiturus sum.

Est autem transactio, rei dubiæ converta, & non gratuita decisio; aliquo scil. dato, vel retento, vel promisso.

L. i. ff. de transact. ibi: „qui transfigit, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transfigit.“

Qui igitur transigit, dubium rei eventum, litemque imminentem, ex qua metuit periculum, prævidet, propterea que ejus incertum, quamprimum, & quam minima cum molestia pactione ad certum adducere cupit: sicuti vero intelligit, non posse se rem totam ea auferre via, ita nec vult totam perdere; agit igitur, quod supereft in re dubia, ut partem redimat, parte data, aut promissa.

Dixi transactionem esse

i. Decisionem, quod quidem ipsa negotii indoles nos edocet. Finge enim tibi partes, quarum quæque commodis suis interficiens tam tenaci consilio causam suam persequitur, ut adversarium omnibus rei emolumentis exuat prorsus: finge, rem esse spectato incerto litis eventu dubiam: finge porro, quod, cum facile prævidere possint, neutram forte scopum suum assecuturam esse, utraque rem hanc incertam, atque tædiosam ita componere exoptet, ne ad minimum totum perdat, sed aliquantulum tamen ex ea conservet; aliquo scil. dato, vel retento, vel promisso. Numne, cum hoc factum fuerit, dixeris? rem antea dubiam nunc inter eas esse

A 2

4

decisam, item esse decisam, & optime. Id quod etiam ipsis
L. 3. §. 1. ff. ad Leg. falcid.

L. 7. L. 33. C. de transact. innuitur verbis.

2. Jam vero mihi in mente venit, alios adhuc dari modos, quibus æque ac transactionibus ipsa causa deciditur, qui tamen propterea haud recte transactiones dici possunt. v. c. juramentum, sententia &c. Quid aliud inde sequitur, quam quod ad transactionem in specie talem haud sufficiat, rem modo esse decisam; sed & speciales insuper requiri characteres, ex quibus cognosci poterit, rem decisam, transactione finitam esse. Qui vero sint hi characteres, videamus.

Decisio fieri debet

A.) de re dubia. Quæ enim de re certa fit transactione secundum

L. 32. C. de transact. & L. 23. §. 1. ff. de condic. indebet invalida est, atque nulla; id quod nec aliter se haberi posse, ex ipsius jam actus natura facile perspici poterit. Ponamus enim, rem esse certam: Jus sc. certum, nec dubium amplius eventum; ponamus; convenire partes (non litigantes, sed potius pacientes) quod non atten-

to jure certo alterutrius nihilominus alteri detur aliquid, vel præstetur; Quæritur, an transactio huic negotio subsit? & respondeo, non subesse. Quomodo enim staret cum jure certo decisio? Decisione id tantum, quod sive ratione facti, sive legis ratione incertum est, ad certum redigitur; quod tamen non sic accipiendum esse velim, quasi jus semel certum semper etiam debeat remanere certum. Minime. Sive enim possessori lis jam mota fuerit, sive tantummodo movenda immineat, nihil reserret; nam in utroque statui deberet casu, jus possessoris antea fortasse certum, certe nunc redditum suisse incertum.

L. 8. ff. 23. f. L. 2. C. de transact.

Res autem dubia esse potest,

- a.) vel ob incertitudinem ejus, quod alteri præstandum est, v. c. cum alimenta alicui præstanda essent, fideicommissum sub conditione relatum esset.

L. 8. ff. L. 11. C. de transact.

- b.) vel ob litis exitum incertum; proinde transactio fit aut super lite, præsente sive imminentia, aut super alia re dubia; quæ de lite fit, nihil aliud est, quam decisio litis partium conventione facta; & illa, quæ de qualibet alia re dubia fit, est placitum de re dubia, aliquo dato, vel

retento, vel promisso. In posteriori igitur transactionis genere nulla litis contemplatio versatur, sed præstatio, quæ ratione eventus incerta adhuc est, placito illo ad certitudinem suam redigitur. Alimentorum præstatio, quæ a vita ejus, cui alimenta suppeditanda sunt, pendet, incerta est. Quodsi igitur convenienter inter se legatarius & heres, ut definita pro alimentis futuris summa solvatur, incertitudo placito hoc tollitur, & transactione res in se incerta quidem, cujus tamen nulla lis est, aut controversia in futurum timetur, certa redditur. Ea autem transactio, quæ præprimis de lite fit, conventa litis decisio est, reique igitur controversæ non sequitur, ac res judicata, finem imponit.

L. 20. C. de transact. „non minorem autoritatem transactionum, quam rerum judicatarum esse, recta ratione placuit. L. 3. §. 1. ff. ad Leg. falcid.

B) Debet esse conventa decisio.

Conventa vero dicitur ideo, quod partium conventione nititur. Libero igitur constat consensu, nec pars una, invita altera ad transigendum cogi potest; licet judicis officio id jam legibus romanis

L. 21. ff. de reb. cred.

præcipue autem germanicis, tum universalibus

R. J. N. §. 110.

Ord. Jud. Imp. aul. Tit. 2. §. 5.

tum particularibus,

J. P. W. tit. 8. §. fürs andre &c. tit. 77. §. die-
weil &c.

impositum fuerit, ut tum in initio, tum in progressu
litis omnibus viribus amicabilem compositionem ten-
tare studeat, propterea tamen partibus transactio-
nem imperare nequit judex: nisi unicum exceperis ca-
sum, cum salus reipublicæ exposcat, ut litigantes ad
transigendum cogantur, qua quippe specie emergente
non potest tantum judex, sed & debet transactionem
etiam invitit imperare. Tum vero reipublicæ salus ex-
poscere demum videtur transactionem imperatam, si,
unica transactionis via non adhibita, salus reipublicæ
periclitaretur, aliisque igitur remediis ordinariis præ-
caveri non possit, ne respublica aliquod detrimentum
caperet.

Perill. Sixt. Jac. Kapff in Diff. de transactione
imperata §. 7.



Ferd. Christ. Harpprecht in Diff. de transact. judiciali §. 7.

Joh. Casp. Heimburg Diff. de transact. judiciali.

C) Denique nec gratuita, seu quod idem existimo, ab utraque parte onerosa, aliquo sc. dato vel retento, vel promisso. Sed, quomodo hoc, mihi aliquis dicat? quomodo ab utraque parte onerosa? potius in aperto esse crederem, unum ex litigantibus merum capere lucrum, cum idem existente conditione, vel re judicata ne minimum quidem habiturus fuisset. Bene. Sed quis tibi ante litis exitum, variis adhuc casibus obnoxium, divinatione quadam prædicere potuit, te victorem evasurum esse? Quis quæsto tibi, re nondum judicata, viam illam regiam describere potuit, qua ad exoptatum finem pervenire possis? cum non raro tristis edoceamus experientia, sacerdotes justitiae non semper sic sibi esse constantes, ut quæ ab hoc lata fuerit sententia, ea & ab altero adprobetur judice; seu, ut Lauterbachii verbis utar: plus valere haud raro favorem in judice, quam legem in codice. Nonne etiam probatio, cuius media lubrica quandoque & vacillantia sunt, cuiusque æstimatio ab arbitrio judiciis pendet, deficere potuit? Nonne facile evenire potuit, ut res ju-

dicitur arbitrio commissa alia plane, quam exoptaveris,
 ratione, judicis sententia terminetur? Est ergo & alteri jus, felicem exspectare exitum; jus modo æquale,
 modo inæquale (quod igitur vel majori vel minori ære
 redimendum est) attamen aliquod, & si sit minimum,
 nemo tamen id, nullo vel accepto aut promisso, vel
 retento perdere vellet. In conditione id per se constat.
 Videamus de lite. Agit auctor, ut tota ei adjudicetur
 causa: reus excipit, nullum auctori, sibi omne rem ha-
 bendi competere jus. Incertum quodammodo est, quis
 alterum vincat: veretur quisque, se succubiturum fo-
 re, nolunt continuare item, neque tamen neuter to-
 tum perdere, quam partem adhuc conservare sibi cu-
 pit. Quid faciendum? Componite vos, dicerem. At
 quomodo compositio locum habeat, si nullus eorum de
 jure suo, quod adversus alterum persequitur, discedere
 vellet? Necesse ergo est, ut quisque alterum liberalius
 excipiat, nec auctor omne, quod petiit, urgeat, nihilque
 remittat; nec reus totum retineat, quod retinere ipsi
 propositum fuit. His præmissis, facile, credo, appare-
 bit, optimo me contendisse jure, nullam dari trans-
 actionem, in qua non vel detur aliquid, vel retineatur,
 vel præstetur; seu, quæ non sit ab utraque parte one-

B

rosa. Et quid aliud sibi velint Diocletiani & Maximiani verba, cum in ~~isti~~ ~~discrepant~~ ~~sollicit~~ ~~et~~ ~~enobis~~

L. 38. C. de Transact.

rescripsere: „Transactionem nullo dato, vel retento, seu promisso minime procedere.“ Si enim datur aliquid, vel promittitur, propterea, quod retinetur aliquid, quod facile exspectata judicis sententia penes possessorem foret permansurum, hoc ipsum vel datur, vel promittitur. Si retinetur aliquid, datur vel promittitur aliud alterum, ut exinde tanto securius id, quod jam habetur, retineri, & alter, accepto vel promisso contentus, nil amplius eo nomine petere possit.

Transactionis notionem jam fatis immo superflue enucleatam esse opinor, videamus nunc, quae sint negotia ad eam proxime accendentia, & quomodo ab iisdem differat? Adebat pactum remissorum, adebat sententia, adebat juramentum. Primo de pacto remissorio.

- 1) Pactum dicitur remissorum, ideo quod remittatur aliquid, quod vere debitum sit, animo donandi, hinc titulo mere lucrative. Jam vero in

L. 38. C. de transact.

—

ut jam supra exposui, scribitur: „transactionem nullo
dato, vel retento, seu promisso minime procedere„
Quis non videat, ex hoc potissimum differentias pactum
remissorum inter, atque transactionem pendere. Pa-
ctum enim ejusmodi donationis causa interpositum ad-
mittit rem certam, sententiaque jam decisam.

*L. i. ff. de Transact. ibi: „qui vero paciscitur do-
nationis causa, rem certam & indubitate libera-
litate remittit.*

Non quasi Ulpianus, uti recte monuit Noodt

ad Edit. Præt. de Paet. & transact.

contendere velit, pactum donationis de re certa, nun-
quam dubia atque incerta iniri; sed & de rebus du-
biis & litigiosis id interponi posse, Paulus testatur

*L. i. Sent. recept. Tit. i. §. 5. „de rebus litigiosis
& convenire & transfigere possumus.„*

Sed in eo utrumque pactum differre præcipit, quod il-
lud, quod donationis causa fit, & de re certa, nullis-
que amplius dubiis obnoxia; id autem, quod trans-
actionis causam habet, de re dubia, atque incerta sem-
per fiat. Transactione enim, cuius objectum res judicata



est, non est servanda. Transactiones porro semper fiunt aliquo dato vel retento, vel promisso, adeoque semper sub certa lege, & conditione;

L. 14. ff. de transact.

Pacta autem remissoria mera liberalitate nituntur, sine omni conditione fiunt, neque quidquam illi, qui actionem suam ex ejusmodi causa remittit, præstatur, vel promittitur, vel ab eo retinetur.

- 2) A judicis sententia in eo distinguitur transactionis, quod illa non sit conventa litis decisio, sed potius per pronunciationem judicis condemnatoriam, vel absolutoriam, quasi imperata; hinc etiam inter invitatos procedat.

L. 83. §. 1. ff. de Verb. Oblig. ibi: „Judicium autem etiam in invitatum redditur.“

- 3) Transactionem, qua conventionem, onerosis annumerandam esse conventionibus, jam supra docui. Desistit enim propterea quis a lite, vel quod aliquid retineat, vel detur quid ei, sive promittatur: id, quod transactionem jam fatis a juramento voluntario, sive judiciali, sive extrajudiciali, distinguit, quantumvis id jurementum transactionis speciem continere dicatur in

I. 2. ff. de jurejur.

Juramentum quidem illud dubiam litis causam decidit & finit, eadem fere ratione, ut transactio, & quodammodo adeo in conventionem incidit, sed nil propterea quid datur, retinetur, aut promittitur, & totus litis exitus a religiosa assertione ejus pendet, in cuius conscientiam decisio causae collata est.

II.

His demum peractis ad alterum dissertationis meæ caput, in quo de diversis transactionem ineundi modis agam, progredior. Quæritur enim, quid sit transactio? an pactum, an contractus? Et respondeo: idem de ea, ac de donatione tenendum. Quemadmodum ergo donatio pacto quandoque nudo, quandoque stipulatione, nunc contractu perficitur innominato; ita quoque de transactione dicendum, quæ proinde vel pactis adnumeranda, si nudo inita fuerit consensu, vel stipulatione, si verborum accesserit solennitas, vel contractibus innominatis, si vel cum ipsa actionis remissione, vel qualibili præstatione transactio initium suum ceperit. Sunt hæc generalissima. Jam ad specialiora pro prius accedamus.

- 1) Ponas velim, aliquid ab adversario ad hoc mihi effet promissum, ne litem coeptam prosequerer, sed actionem

vel movendam , vel jam intentatam omitterem . Nulla intervenit stipulatio , nulla deprehenditur rei traditio , nulla conspicitur , qua obligatio ipso jure tollitur , acceptatio , simplex duntaxat pactum est . Quid de eo dicendum ? — Vis omnis exceptione finitur — ; dummodo tamen memineris , ut actori pristina actione agenti , cum reus fidem sefellerit , nec servaverit eam , & nihilominus pacti exceptione uti voluerit , replicatione doli mali vel in factum succuratur . Elegans de eo casu exemplum continetur in

L. 28. C. de transact.

ubi Imperator sequentibus rescripsérat in fine verbis : „Quamvis ex pacto non potuit nasci actio , tamen rerum vindicatione pendente , si exceptio pacti opposita fuerit , doli mali vel in factum replicatione usá , poteris ad obsequium placitorum adversarium tuum urgere . „ Huc quoque pertinet

L. 21. C. de padis.

- 2) Longe aliter res se habebit , si conventioni aliqua subfuerit causa , sive datio intervenerit , sive factum , i. e. si per modum contractus innominati inita fuerit transactio ; ut puta , dedi tibi pecuniam , vel factum aliquod

præstici, ut a lite desistas. Hoc enim casu non solum exceptio pacti competit, sed & insuper actio datur, actio quæ dicitur præscriptis verbis

L. 33. C. de transact.

Est hæc quidem communis omnium contractuum in-nominatorum actio; attamen, quod singulare in transactione constitutum fuit; nunquam is, qui dedit, im-plemento ab altera parte nondum secuto, jus poeniten-di, quod alias contractibus innominatis inditum est, exercere, neque sub hoc prætextu a transactione rece-dere potest, id, quod litium soperatum favor merito, meritoque suadet.

L. 39. C. de transact.

L. 65. f. 1. ff. de Condit. Indeb.

Causas enim transactionibus legitimis semel finitas, ne imperiali quidem rescripto refusetur oportet.

L. 16. C. de transact.

Sunt hæc clara prorsus atque perspicua, & jam ad ter-tium transactionem ineundi modum transirem, nisi exi-stimaverim, non omni carere posse utilitate, si de-

cit. L. 33. C. de transact.

aliquid fusus locuturus sim; præfertim, cum quædam eorum, quæ in ea scripta continentur, & ad transactionem stipulatione initam pertineant. Præsupponitur casus: petiisti ab adversario tuo fundum, quem tuum esse dixeras, deinde a lite recessisti, ea tamen addita lege, ut adversarius tuus hunc quidem fundum retineat, alium alterum tamen tibi, & quidem certis finibus liberum, daret. Dedit fundum tibi adversarius. sed non, ut convenisti, liberum. Venit dominus vel creditor, evincitur totus, vel pro parte fundus. Quæritur, num lis decisa instaurari debeat, cum adversarius tuus non satisfecerit legi transactionis? Non instaurari, jura enim id prohibere, Imperatores rescripserunt. Sed quænam, jam aliquis dicat, exit tibi actio?

Ex stipulatione sane, continuatur, si placita servari, secuta est: vel si non intercesserit, præscriptis verbis actione civili subdita apud Rectorem provinciae agere potes..

Erit ergo tibi ex stipulatu actio, si placita transactionis servari, stipulatio interposita fuerit. Quid si nulla intercesserit? Civilem habebis præscriptis verbis actio-

nem; non enim nudam iniisit pactionem, sed civile
gessitis negotium.

3.) Expositis prioribus transactionem ineundi modis, jam
venio ad tertium, qui dicitur stipulatione initus. Ut
vero transactione stipulatione inita dici possit, requiritur,
ut, quod jamjam transactione inter partes fuerit defi-
nitum, id omne stipulatione adhuc firmetur.

*L. c. 33. C. de transact. „si placita transactionis
servari, stipulatio interposita fuerit.,“*

Evenit enim 1.) quandoque, ut stipulatio aquiliana
cum transactione conjungatur, qua prior obligatio in
verborum transfunditur obligationem, quam postea si
sequatur acceptilatio, liberatio ipso jure reo contingit.
Cum aliquis hoc videat, transactionemque ipsa stipula-
tionem initam esse dicat: primo forte aspectu eum recte
sensisse judicaveris, non, si omnia bene ponderaveris.
Hac enim stipulationis accessione nullo modo efficitur,
ut eapropter transactione ipsa stipulatione inita dici possit,
cum is potius, qui reum solenni ab obligatione sua li-
berat forma, factum ex sua parte præstet, quod con-
tractus innominati speciem transactioni adfert. Non

C



enim prius per modum stipulationis transactio perficitur, quam si ab utraque parte transactionis placita stipulatione confirmetur. Subtile quidem, quod modo adduxi, videri poterit, nihilominus tamen, cum omnia bene perspexeris, verum est.

2.) Alterum jam mentem meam subit dubium: quid de eo statuendum, si quis, quod ex causa transactionis promittit, mediante stipulatione promiserit? Num in ea certe specie transactionem stipulatione initam fuisse dixerimus? Minime. Ad hoc enim haud sufficit, transactionis tantummodo partem aliquam stipulationis firmatam fuisse vinculo, sed ut *integra* transactio stipulatione firmata fuerit, desideramus. Hac etenim specie transactio contractus innominati speciem prae se fert, qui facto quodam præstito, puta stipulatione, perficitur.

Præterea autem transactioni, mediante stipulatione initæ, quandoque non sine fructu stipulatio adjicitur pœnalis, qua certa summa pœnae loco solvenda præstituitur ei, qui adversus transactionem egerit, v. c. actione mota litem redintegrando. Et monet adeo Paulus

L. 15. ff. de transact.

stipulationem ejusmodi pœnalem utiliter quoque aqui-

lianæ subjungi stipulationi, „quia rescisso forte pacto
pœna ex stipulatu peti possit.“ Cum enim simplici
tantum transactio inita fuerit stipulatione, ab eo qui-
dem, qui placita transactionis violaverit, actione ex sti-
pulatu incerti & interesse exigi potest, quod cum ple-
rumque difficilis sit probationis, facilius loco ejus sum-
mam pecuniariam, eamque definitam, stipulamur; quo
autem facto non tam inspicitur, quid intersit alterius,
quam quæ sit quantitas in conditione stipulationis.

1500

PRÆNOBILISSIMO ATQUE PRÆSTANTISSIMO

DOMINO CANDIDATO

S. P. P.

P R A E S E S.

Exhibuisti mihi Dissertationem Tuam, atque abs me peti-
sti, ut provinciam Præsidis in defendenda illa susciperem.
Ardua omnino & difficilis est doctrina de transactione, cu-
jus definitionem & modos, quibus eadem initur, ex juris
Romani præceptis repræsentare apud Te constitui. Po-
tuisse sane argumentum Tuum ulterius adhuc prosequi,
& spicilegii instar quasdam in hac Epistola adjicere observa-
tiones, quæ ad ulteriore illius expositionem faciunt. At
Tuus in patriam discessus maturius instat, quam quidem
prævidere peteram. Neque etiam, quod, ut publice profitear,
ad officia mea pertinet, sive addendo, sive detrahendo quid-
quam in opusculo mutavi, cuius Tu Ipse solus autor es.
Gratulor potius Tibi publice de insignibus in legitima scien-
tia profectibus, quos Collegio nostro in examinibus consue-
tis commonstrasti, fausta quævis Tibi appreco, atque bene-
volo animo Tuo quam enixissime me commendo. Dabam
Tubingæ d. XI. Octobr. a. c. MDCCXCV.

W18

ULB Halle
005 361 877



3



B.I.G.

Farbkarte #13



DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA
EXHIBENS

TRANSACTIONIS NOTIONEM
EAMQUE INEUNDI MODOS

EX
JURIS ROMANI PRINCIPIIS

QUAM

CONSENTIENTE ILLUSTRI JCTORUM ORDINE
PRAESIDE

CHRISTIANO GMELIN

PHIL. ET U. J. D. AC JUR. PROF. PUBL. ORD.

SERENISSIMI DUCIS CONSILIARIO, NEC NON SER. MARGGRAV.
BRANDENB. AB AULE CONSIL.

PRO RITE OBTINENDIS SUMMIS IN JURE HONORIBUS

EXAMINI PUBLICO SUBJICIT

AUCTOR

MATTHÆUS DE LUTZENBERGER
LAUINGANUS.

TUBINGÆ

D. OCT. MDCCCLXXXV.

LITTERIS FUESIANIS.

